

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

**Puente, Luis de la  
Coloniæ Agrippinæ, 1625**

§. 1. Zelus & eius actus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39637**

iratus eosdem reprimit, ne mali fiant. Ne autem existiment, eam seueritatem manere tantum in *toruo vultu*: oportet suo tempore etiam induere iustum vindictam, puniendo delinquentes, vt alij cautores fiant. Sed hanc vltionem non confert *Isaias* cum armis ex ferro & ex chalybe, sed cum vestimentu, quæ solent esse ex *mollī lana*: vt intelligatur, non oriri vltionem ex odio, rancore, aut ira; sed ex amore, & cum lenitate: ostendendo *compassionem* in eum, qui punitur: vt paulo post videbimus.

§. I. *Zelus & eius actus.*

4.  
1.2.q.28.ar-  
tic.4.  
*Zelus effe-*  
*cus amoris.*  
*Ca. 4. de di-*  
*uin. nom.*  
*par.1.*

*Zelus inter-*  
*nus legi Dei*  
*& boni pu-*  
*blici.*  
*a Psal. 118.*  
*139.*

*b Psal. 138.*  
*21.*

**D**E BET quoque Princeps armari feruenti **Z E L O**, qui *injustiam* committetur, & *indignationem*, & reliqua opera, quæ fecerit: vt & legem ipse custodiat, & alios seruare faciat. Hic Z E L V S, vt S. Thomas ait, est præcipuus amoris effectus: qui enim multum diligit alium, statim procuratremouere, & impedire quodvis malum, damnum, aut iniuriam, quæ illi infertur. Et quod amor est maior, ed etiam zelus est vehementior. Et quoniam D E V S ad eum amat creaturem, id est (ait S. Dionysius) vocatur per eminentiam *zelotes*, boni scilicet eorum qui *zelant* eius honorem. Ethinc fit, vt singulis amoris actibus respondeat actus zeli proportionati: & quot sunt bona, quæ amat charitas, tot actus zeli ab ea procedunt. Nam, quia Deus amat, zelum habet eius *gloria*; & cupit, quicquid illi aduerteratur, impedit; quoniam propriam amat *salutē*: zelo magno illam procurat, resistendo omnibus, quæ illum possunt impedire; quoniam *Reip. commune bonum* amat: zelum habet illud conseruandi ac promouendi, omnia remouendo, quæ illi nocere possunt. Et in hunc modum est zelus obedientiæ, castitatis, iustitie, & reliquarum virtutum, quia omnes amat; & virtus destruere cupit, quæ illis aduersantur. Sed omnes hi zeli actus reducuntur ad zelum *custodiendi* leges, & dandi operam, vt & alij eas custodianter. Qui duos actus habet, internum unum, & alterum externum. *Internus* est vehemens quædam tristitia ac dolor de miserijs, quæ sunt in Rep. tam *spiritualibus*, quæ sunt vitia & peccata; quam *temporalibus*, quæ sunt calamitates, quibus Deus puniit peccatores. Qui dolor non solum propterea habetur, quod timeat, ne fortè incuria sua, aut mala gubernatio sit eorum peccatorū causa: sed præcipue, quod sint contra legem Dei; & ita ipsum offendant; & propter damnū, quod adferunt toti communitati, & singulis ciuibus. Hic erat zelus, de quo David: *a tabescere nescit zelus meus, quia oblitus sunt verba tua inimici mei.* vt autem hunc dolorem ostenderet, non esse ex proprio damno, dicit in alio loco: *b nonne quis oderunt te Domine, oderam: & super inimicos tuos tabescerem?* Et quoniam zelus hic internus non potest otiosus esse: simul adfert secum *decretum* & *resolutionem* faciendi

faciendi quicquid poterit, ad hæc peccata impedienda, & ea damna repanda: siue puniendo delinquentes, siue contra hostes Dei & Reip. pugnando, seq; si opus esset, magna animi fortitudine ad mortem in hac caula subeundam offerendo: eum in modum, quo S. Ioannes dicit de Christo D. N. quod *c zelus Domus Dei comedederet eū*: quod videret, tot in ea fieri peccata. Et hic zelus effecit, ut ipse quasi flagella de funiculis faceret, ut euiceret de templo eos, qui illud prophanaabant: & idem zelus effecit, ut postea corpus ipse suum offerret ad flagella, & ad mortem crucis, pro bono hominum. Ita palam ostendens infinitam suam Charitatem, *d ponendo animam suam pro amicis suis*: nam zelus amoris, si alios punit, id facit, ut alios protegat, & illis benefaciat, ac propterea Isaias *pallium zeli* appellauit: nam quemadmodum *pallium* est reliquis vestimentis latius, eaque cooperit ac munda seruat; ita zelus amoris valde dilatatur, & cooperit, protegit, & custodit leges ac virtutes, earumque omnes actiones: dando operam, ut in puritate & integritate conseruentur. Et boni Principes, & gubernatores pallio zeli tegunt & defendunt omnes suos subditos, iuuantes eos, ut probi sint, & virtutum perfectioni studeant, remouendo omnia impedimenta, quæ improbi illis adfuerunt. Ac propterea Apostolus dixit: *e Principes non esse timore boni operis*, nam boni non indigent huiusmodi timore, ut peccata fugiant: quia virtus eos ad id impellit; *sed mali*, ut improborum sceleris impedian. Sed utrisque sunt ministri Dei in bonum suorum ciuium, quia remunerat & fouet bonos: ut in bono perseverent; malos verò punit: ut à malo desistant, & non afficiant iniuria, nec impedian bonos. Vocat autem *Principem ministerum Dei*, ut intelligat, se habere supræse supremum alium gubernatorem eisdem armis ornatum: qui attente vigilat, ut iustitiam exerceat, quando eius minister id negligit, conuertetque in ipsum iuste suæ indignationis, & zeli arma. quibus illum paniet; quia ipse alios non puniuit, cum iustitia, virtus, & zelus id iubebant: Iuxta sententiam Dei in Regem Israel, qui vitam iniuste donauit Regi Syriæ, dicens: *f quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua, pro anima eius, & populus tuus pro populo eius, tu scilicet morieris, & populus tuus in ea incidet mala, & punietur, sicut illius populus puniri debuit*. Et hic timor sufficere debet, ut Principes non negligant administrare iustitiam, memores eius, quod dixit Rex Salomon, quando iussit occidi Ioab, *ed quod proditorie occidisset Abner & Amasa*; dixit enim Banaïæ: *g interfice eum, & amuebis sanguinem innocencie, qui effusus est a Ioab, a me, & a domo Patris mei*.

*§. 11. Zelosorum exempla circa legum custodiam.*

**Q**UAE hactenus diximus illustrabuntur, adductis insigniis virorum exemplis, quorum catalogum fecit Matathias pater Machabæorū, ut alios iuos animaret, cum Respublica multis miserijs & calamitatibus esset

referta:

*c Ioan. 2. 17.*

*d Ioan. 15.*

*i. Zelus est pallium viri sui & subditorum.*

*e Rom. 3. 5.*

*Principes ministeri Dei.*

*f 3. Reg. 20.*

*42.*

*iustitia negliget & pœna.*

*g 3. Reg. 2.*

*;*